

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. VAL. MARTIALIS

Martialis, Marcus Valerius

AMSTELODAMI, 1628

M. Val. Martiali afficta, excerpta partim ex MSS. codd. & vett. glossariis,
partim ei ab Hadr. Iunio & aliis nuper assuta.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-711)

M. V A L.

M A R T I A L I
A F F I C T A,

Excerpta partim ex MSS. Codd. & vett.
Glossariis, partim ei ab Hadr. Junio
& aliis nuper assuta.

1. De rusticatione.

R V R E morans quid agam, respondeo pauca,
rogatus.

Luce deos oro; famulos post arva reviso:
Partibus atque meis justos indico labores.
Inde lego, Phœbumque cio; Musamque lacesso:
Hinc oleo corpusque frico, mollique palæstrâ
Stringo libens; animo gaudens, ac fenore liber.
Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, coeno, quiesco.
Dum parvus lychnus modicum consumat olivi,
Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

2. In Varum.

Ad coenam nuper Varus me forte vocavit:
Ornatus dives, parvula coena fuit.
Auro non dapibus oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, Non oculos sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

3. In Ponticum.

Pontice, per reges discurras, & omnia lustras;
Magna quidem sequeris, Pontice: magnus ho-
mo es.
Pontice, si qua facis, sine teste facis; sine turbâ;
Non adhibes multos, Pontice: cautus homo es.
Pontice, voce tua posses adamantina movere;
Vox tua dulce sonat, Pontice: dulcis homo es.
Pontice, sic alios, sic te quoque decipit error:
Vis dicam verum, Pontice? nullus homo es.

4. De vetula.

Tacta places, audita places; si non videre,
Tota places; neutro, si videre, places.

5. *De Milone.*

Milō domi non est: peregre Milone profecto
 Arva vacant: uxor non minus inde parit.
 Cur sit ager sterilis, cur uxor fertilis, edam:
 Quo fodiarur ager non habet, uxor habet.

6. *De histrionis pana.*

Ante Iovis statuam crepuit saur hystrio: pocnam
 Iuppiter indixit, vivere de proprio.

7. *In effrontem.*

Os atavi, patris nasum, duo lumina patris,
 Et matris gestus dicis habere tuæ.
 Cum referas priscos, nullamq. in corpore partem
 Mentiris; frontem dic mihi cujus habes?

8. *Ad Mattum.*

Qui negat esse domi se tunc cum limina pulsas,
 Quid dicat, nescis? Dormio Matte tibi.

9. *Ad Mi onem*

Thūra, piper, vestes, argentum, pallia gemmas,
 Vendere, Milo soles; cum quibus empror abit:
 Coniugis utilior merx est, quæ vendita saepe
 Vendentem nunquam deserit, aut minuit.

10. *Ad Scævola:*

Scævola, tu cœnas apud omnes, nullus apud te:
 Alterius fidas pocula, nemo tua.
 Aut tu redde vices, aut desine velle vocari:
 Dedecus est semper sumere, nilque dare.

II *Ad Auclum.*

Exigis à nobis, quem nulli solvis, amorem:
 Quam nulli præstas exigis, Auclte, fidem.
 Exigis à nobis, quem non merearis, honorem:
 Mirum est, quod non das, id tibi velle dari.

12. *De Filo.*

Pallia Filus habet, digitos circumligat auro;
 Sed tamen est Filus paupere pauperior.
 Sunt Tyræ chlamides, mille instrumenta, clientes
 Filo; sed tamen est paupere pauperior.

Auria

Auria sunt
 Sed tam
 Esurit atque
 Cyclade
 Pondus ad
 Aurea b
 Ergo miser
 Sed ne si
 Si vero que
 Ut non
 Ergo ne pe
 Pauper

Non sangu
 Non gra
 Pauper eu
 Collige

Prædicat
 Elige d

Multa mi
 Nolo n

Exaltas in
 Ut furia

Omnis am
 Sed que

In noctem
 Multim
 Cumque c
 Cum n
 Turgide, n
 Vis dic

Atria sunt Filo regali confita culu;
 Sed tamen est Filus paupere pauperior.
 Esurit atque sitit, gemmis instructus & auro,
 Cyclade vestitus esurit atque sitit;
 Pondus adesse famis, pallor maciesque loquuntur,
 Aurea bulla negat pondus adesse famis.
 Ergo miser se servitio pro pane locabit,
 Sed ne sit servus aurea bulla facit.
 Si vero quemquam pulsabit supplice voto;
 Ut non exorer, serica vellis adest.
 Ergo ne pereat, fiat de divite pauper;
 Pauper enim factus ditior esse potest.

13. *Ad Aulum.*

Non sanguis, non oris honor, non gloria census,
 Non gravitas morum proderit, Aule, tibi.
 Pauper enim tu semper eris, quia pauper es: & te
 Colliget ulterior ulteriore gradus.

14. *Ad Regulum.*

Prædicat Hermagoras, non omnibus esse placendū,
 Elige de multis, Regule, cui placeas.

15. *Ad Aulicum.*

Multa mihi donas, vereor ne multa requiras:
 Nolo mihi dones, Aulice, si repetas.

16. *Ad Germanicum.*

Exaltas in lite tuam, Germanice, vocem,
 Ut furias mentis vox furiosa sonet.

17. *Ad Bassum.*

Omnis amicus amat, sed nō qui amat omnis ami-
 cus:
 Sed quem, Basse, tu ames, esto & amicus ei.

18. *In Turgidum.*

In noctem prandes, in noctem, Turgide, coenas,
 Multimodoque mades nocte dieque mero.
 Cumque cuti studeas, uxorem ducere non vis:
 Cum nolis; dicis, Vita pudica placet.
 Turgide, mentiris, non est hæc vita pudica.
 Vis dicam quæ sit vita pudica? modus.

19. *In Chloen.*

Lascivo Ganymede cales. te quilibet intrat ;
 Hippolytos etiam reddis amore graves.
 Plurimus interea tibi limen servat adulter :
 Exposita es cuivis : quam populare sapis !
 Demophilem cuperem te dicere, te nisi mater
 Esse Chloen vellet. non sapit atque sapit.

20. *In Laidem.*

Formosissima Lai foeminarum,
 Dum noctis pretium * tibi requiro ; * fort. tuæ
 Magnum continuo petis talentum ;
 Tanti non emo, Lai, pœnitere.

21. *In Macrinum.*

Defungi, fungis homines, Macrine, negabas :
 Boleti leti causa fuere tui.

Plura erant ; sed quæ luce digna non pu-
 ramus.

FINIS.